Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">

et aquila apuerterunt eum; et di-
ligenius exposuerunt ei viam
dni. Cum autem vellet ire achai-
am; exhortati fratres scripse-
runt ad discipulos ut suscipe-
rent eum. Cum venisset: con-
tulit multum his qui crediderunt
vehementer enim iudeos redarguebat
publice ostendens per scripturas
esse christum jesum.

Factum est autem cum apollo es-
set corinthi: ut paulus pe-
ratis superioribus partibus
veniret ephesum et inveniret quos-
dam discipulos. Dixitque ad eos
Si spiritum sanctum accepistis cre-
dentes. At illi dixerunt ad eum Sed
neque si spiritus sanctus est audivimus
Ille vero ait. In quo ergo bapti-
zati estis. Cum dixerunt. In jo-
hannis baptismate. Dixit autem
paulus. Johannes baptizavit
baptismo penitentie populum di-
cens in eum qui venturus esset post
ipsum ut crederent hoc est christum jesum.
Hiis auditis: baptizati sunt in no-
mine domini jesu. Et cum impo-
suisset illis manus paulus: ve-
nit spiritus sanctus super eos et loq-
bantur linguis: et prophetabant. ita
ut ipsi sibi interpretarentur. Erant autem
omnes fere viri duodecim. Introi-
gressus autem synagogam cum fiducia loq-
ebatur per tres menses: disputans
et suadens de regno dei. Cum autem
quidam induraverent et non crede-
rent maledicentes via dni coram
multitudine: discedens ab eis
et segregavit discipulos: cotidie
disputans in schola tyranni cum scola
ab hora quinta usque ad horam ter-
tiam decimam. Hoc autem factum est
per biennium. Ita ut omnes qui ha-
bitabant in asia audirent verbum dni audirent iudei atque
gentiles. Virtutesque non quasdam
faciebat deus per manus pauli ita
ut etiam super languidos deferrentur
a corpore eius sudaria et semi-
cincta et recedebat ab eis langui-
des: et spiritus nequam egrediebantur
Tentaverunt autem quidam et de cir-
cumeuntibus iudeis exorcistis invocare
super eos: qui habebant spiritus ma-
los nomen dni jesu christi dicentes
Adjuro vos per jesum quem paulus
predicat. Erant autem cuidam septem filii
cuiusdam iudei principis sacerdotum septem qui hoc faciebant. Respondens autem spiritus
nequam dixit eis: Jesum novi
et paulum scio. Vos autem quis estis et
in quem homo in quo est de
monium pessimum et dominatus eum
vorare invalidum contra eos ita ut
nudi et vulnerati effugerent de
domo illa hoc autem notum factum est
omnibus iudeis atque gentilibus qui
habitabant ephesum: et cecidit timor
super omnes illos: et magnificabat
ur nomen dni jesu. Multique credentium
venibant confitentes et an-
nunciantes actus suos. Multi autem
ex eis qui fuerant curiosa sectati
contulerunt libros et combusserunt
omnes coram omnibus: et computatis
pretiis illorum invenerunt pecuniam
denariorum quinquaginta milium sta
tuti crescebat verbum dei et con
firmabatur. Hiis autem expletis pro-
posuit paulus in spiritu transeunte ma
cedonia et achaia ire hierosolimam dicens: quoniam postquam fuero ibi
oportet me et romam videre. Mit-
tens autem in macedoniam duos ex
ministratibus sibi timotheum et
erastum: ipse remansit ad tempus in asia
facta autem illo tempore turbatio non
minima de via dni. Demetrius
enim quidam nomine faber argenta-
rius faciens edes argenteas di